

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Senectus q  
cum uariis

Quid superest nisi dum huius uite defectus appropiat, nil aliud cogitare quam quomodo future aditus prosperitatis comprehendatur quisque senex appetat? Iuuenibus enim incertus huius uite terminus instat, senibus uero cunctis maturior ex hac luce recessus. Cauende ergo sunt homini due particule que in illius carne non ueterascunt et totum hominem ad peccandum trahunt, cor uidelicet et lingua.

Cyprianus ibidem.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

appropiat] appropinquat V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; quomodo] amodo C; appetat] appetatur P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>;  
terminus] tria (*cor. in margine*) M, terminis V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; cunctis *om.* B; Cyprianus *om.* L<sup>2</sup>;  
ibidem *om.* V<sup>2</sup> L<sup>1</sup>